bat: quod fieri deberet omnes simul latebat.
Sed cum interuentu noctis omnes abscissi-
sent cunctique mortales ex ipsa opera ces-
sarent: captiua sola in oratione perno-
ctans mansit intrinsecus. Cum ecce matu-
tinus et anxius cum suis omnibus ingredi-
tur rex: videt columnam quam tot machi-
ne et tot populi mouere non quauerant
erectam et super basim suam librate sus-
pensam nec tamen superpositam: sed
quantumvis pedis spacio in aere pen-
dentem. Tum vero omnes populi con-
tuentes et magnificantes deum veram
esse regis fidem et captiue religionem
presentis miraculi testimonia perhibes

bant. Et ecce mirantibus adhuc et stupentibus cunctis in oculis eorum sensim super basim suam nullo contingente columna deposita iunima cum libratio cofedit. Post hec reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est: vt omnes que super fuerant ipsa die locarentur. postea vero q̄ ecclesia magnifice constructa est: et populi fidei maiore ardore sitiebant: captiue monite ad imperatorem Constantinum totius gentis legatio mittitur. Res gesta exponitur sacerdotes mittere exoratur: q̄ ceptum erga se dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmissis multo amplius ex hoc letatus est: q̄ si incognitas Romano imperio gentis et regna ignota iunisset. Hec nobis ita gesta fidelissimus vir Bacurius gentis ipsius rex: et apud nos domesticorum comes cui summa erat cura: et religionis et veritatis exposuit cum nobiscum palestini tunc limitis dux in hierosolymis satis vnanimiter degeret. Sed ad ceptum redeamus.

Capitulum. xij. de Constantia sorore Constantini et presbytero per eum fratris suo commendato: qui post mortem Constantini constantie insinuauit vt arrium reuocaret.

Dostea q̄ religiosi principis mater Heleena summis Romani regni honoribus affecta ex hac luce decessit Constantia tunc Licini derelicta fratris augusti solatio vivebat. Huic accidit presbyterum quendam venire in notitiam latenter partibus Arrii fauentem. Sed is primo nihil omnino de his apud sorore principis aperire. Ubi vero multa familiaritas copiam tribuit: paulatim sermonem cepit aspergere inuidiam dicens Arrio generatam: et pro simulatibus priuatis episcopum suum rem contentiose exagitauisse: emulationis stimulo confutum quod Arrius apud plebem satis carus haberetur. Hec atq; huiusmodi alia frequentius

suggerens animos constantie suos efficit. Que cum diem obitura visitaretur a fratre atq; ab eo blande religiose compelleretur extremam diatur ab eo gratiam poposuisse: vt presbyterum in familiaritate reciperet: et que sibi ab eo spe et salute suggererentur audiret. Si quidem iam ex luce discedentem nihil curare: pro fratris vero statu esse sollicitam ne forte pro innocentium penis regni sui pateretur excidium. Et quibus ille monitis a sorore susceptis: et fidelem pro se germane sollicitudinem credens a commodatam aurez presbytero: et interim accersiri de exilio Arrium iubet: vt quemadmodum de fide sentiret exponeret. Tum ille fidem conscripsit: que non quidem sensum nostrum: tamē verba nostra continere professionemq; videretur. Miratus quidem est Imperator: et putauit vnam eandemq; in ipsius et concilij dudum gesti expositione sententiam contineri. Tamen in nullo relaxat animi vigorem: sed rursus eundem ad concilij remittit eramen. Quoniam q̄ dem ad dedicationem hierosolymorum ex omni orbe coire sacerdotes inuita batur hec ad eos de nomine eius scribens vt si expositionem fidei eius probarent et eum vel per inuidiam: vt asserbat tunc circumuentum dinoscerent: vel nunc ab errore correptum clementi erga ipsum iudicio vterentur: quando quidem tanta fuerit concilij moderatio vt non in personam eius sed in dogmatum prauitate fuerit lata sententia: si tamen et episcopi eius alexandri accommodaretur assensus. Sed et ab his quidem qui primo ceptis eius fauentes cum simulatione scripserant: facile ereptus est: cum vero alexandriam perrexisset ibi omne eius frustratur inceptum. Quoniam quidem volis apud ignoantes locus est sciendum vero: de hinc intendere no aliud est q̄ risum mouere. Inter ea vñ hec apud alexandriam frustra agitantur: venerabilis Augustus constantinus in suburbana villa Nicomedie: tricenisimo et primo imperij sui anno die functus est: libertis de successione Romani orbis restam eto heredibus scriptis. Quo in tempore (quo

niam quidem constantinus cui orientis regnum decreuerat presens non erat) dicitur secreto accessiens presbyterum quem a sorore commendatum supradiximus: et exinde familiariter habitum tradidisse ei testamentum quod scripserat: et obtestat sub sacramento ne vlli nisi constantio cum venisset in manus traderet cui etiam quod eunuchi qui erant in palatio fauebant: arte iudicio de imperatoris morte suppresso vñ ad constantij presentiam: multis noua tentantibus oppressis: restituta interitum mansere. Cum vero Constantinus affuisset: depositum presbyter restituit. Cuius beneficii gratia imperator regni cupidus: ita et deuinctus est: vt qui impetare cunctis ambierit: ab illo sibi imperari equanimiter pateatur. Ex quo deuincto sibi imperatore cepit de arrii restituito ne suggerere et nolentes acquiescere sacerdotes vti cogeret persuadere.

Capitulum. xij. quomodo eusebii ppter constantij familiaritate nitebat reuocare in interitu gesta concilij: et cogere alexandri alexandrie episcopi vt arrium susciperet.

Al tempore apud alexandriam alexandri hierosolymis maximus presens: apud constantinopolim eque alexander vt ex athanasij scriptis comperimus sacerdotio fungebantur. Sed eusebii qui apud nicomediam erat de cuius simulatione in subscibendo supradiximus: amplius occasione temporis nactus et principi per presbyterum fami-

liaris effectus reuoluere omnia atq; in irritum reuocare concilij gesta molitur. Arrium nequaquam apud alexandriam commorantem venire facit: et imperalibus edictis concilium denuo constantinopoli conuocari: quo conuenere illi maxime qui arrium atq; eusebium sectabantur: quos sepe cum alexandro cōgressi vt arrium susciperet: nec tamen aliquid proficiētes ne ab iniurijs quidem eius temperabant. Ad vltimum certam ei diem statuentes denunciant: vt aut ipse arrium susciperet: aut si remittere tur: si ecclesia pulso et exilium truso: ab alio eum suscipiendum sciret. Tum ille nocte que ad constitutam intererat diem: sub altari iacens atq; in oratione et in lachrymis totam peruigilijs duicens: ecclesie causam domino commendabat. Cūq; lux exorta fuisset: nec tamen ab oratione alexander cessaret: eusebius cum suis omnibus velut heretici belli signifer domum arrii matutinus ascendit: eumq; prope se qui ad ecclesiam iuber: protestatus qd alexander nisi presens acquiesceret: expulsus cederet loco.

Capitulum. xij. de probroso interitu arrii cū ad ecclesiam proficisceretur: vt ab alexandro episcopo renuente quidē reaperetur.

Bis omnium summa expectatio: quo vel alexandri perfectior uerantia vel eusebij arrii instans declinaret. Cumq; cunctorum animi essent vt in tali re solet expectatione suspensius arrius ad ecclesiam pergens episcopos et populorum frequentia cōstipat: humane necessitatis cā ad publicū locū decli-

Jā in histo. tripti. libr. iij. ca. x.



Liber Decimus

Idem nat ubi cu sederet: intestina eius atqz oia viscera in secessus cum- sio. tri- culu desluxere: actuali in loco di- gnz morte blasphemie et feride metis exoluit. Quod postea qz in ecclesia nunciatu est. Eusebio atqz ijs qui vna secum sanctum in nocentem virum Alexandrum de arrio recipiendo fatigabant: superati pudore z adoperti con- sione discedunt. Tunc copletus sermo ad gloria dnu quem in ora- tione sua Alexander ad dnm pcla- mauerat dicens. Judica dne in- ter me z Eusebii minas atqz ar- rii vim. Sed ijs ad presens quide paululu pudoris habuere: conue- nientes vero inter se heretici ve- riti ne forte si sicut res gesta est integre ad imperatore constantiu peruenisset no solu pfidia eoz in qua callide irretitus tenebat- tur abscederet veru z in autores deceptionis sue seuerius aliqd z regia autoritate decerneret co- ponunt per eunuchos quos in perfidia decepros tenebant vni de arrii morte imperator qz fieri possit coposte z couter nosceret: ne aliquid qd de vindictam indi- care videret audiret. Quibz ita gestis causaz fidei vt ceperat p- sequuntur.

Cap. xv. quomodo athana- sius Alexandro defuncto effe- ctus est eps alexandrie: z eius- dem bonis p. incipit.



Bitur

apud Alexan- dria defun- cto Alexandro Athanasius si- sceperat sede. Qd vero esset idem vir acris ingenij z in eccle- siasticis negotijs appume vigi- lans: satis iam tuc hereticis in- notuerat cu ad concilium. Nic- eum cu episcopo suo sene Alexan- dro venerat. Cuius suggestioni

bus hereticorum doli ac fallacie vigilanter detegebantur. Satis- tim ergo vt eum epm factum cog- nouerat id quod res indica bat sua negotia per illius sollicitu- dinem facile processura: omnibz modis querere aduersus eu ma- chinas deceptionum parabant. Verum no mihi absqz ordine vi- detur: pauca de huius viri origi- ne supra repetere: z cuius a pue- ro institutionis fuerit licenti ab ijs qui cu ipso vita duxerant ac- cepimus memorare. Tpe quo apud Alexandriaz Petri marty- ris diem Alexander episcopus agebat cu post expleta solemnita conuicturos ad conuiliu suu ele- ricos expectaret in loco mari vi- cino videt eminns puerozum su- per oia maris ludu imitantium (vt fieri solet) epm: atqz ea q in ec- clesijs geri mos est. Sed cum in- tenu? diutino pueros inspecta- ret: videt ab his geri quedam etiā secretiora mystica: perturbatus ilico vocari ad se clericos iubet: atqz eis quid eminns ipse vide- ret ostendit. Tunc abire eos et comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumqz adessent: quis eis ludus et quid egissent: vel quo peccoratur. Illi vt talis habet eras pauidi nega- re primo deinde rez gesta per or- dinem pandunt. Et baptizatos a se esse quosdam catecuminos consistunt per athanasium: qui ludi illius puerilis epus fuerat simulatus. Cum ille diligenter inquirēs ab ijs qui baptizati di- cebantur: quid interrogati fue- rint: quid re responderint: simul z ab eo qui interrogauerat. Ubi videt secunduz religionis nostre ritum cuncta constare collocu- tum concilio clericorum statuis- se traditur: illis quibus integris interrogatiombus et responsioi- bus ad quas fuerat insula itera- ri baptisma non debere: sz adu-

De morte constantini.

Fo. lxxxij.

pterea q a sacerdotibus mos est. Atha- nasium vero atqz eos quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat vel ministros quocatis parentibus sub dei obtestatione tradit ecclesie sue nutrien- dos. Partu autem tempore exacto cum a notario integre z grammatice sufficiē- ter athanasius fuisset instructus: conti- nuo tanqz fidele domini commendatum a parentibus restituitur sacerdoti: ac velut Samuel quidam in templo domi- ni nutritur: z ab eo pergente ad patres in senectute bona: ad portandum post se sed facer dotale deligitur. Sed huius tanti in ecclesia pro fidei integritate ago- nes fuerunt: vt etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptuz est. Ego enim ostendam et quanta oporteat euz pati pro nomine meo. In huius etenim perfectiones vnuerfus iurauit orbis. Et commoti sunt principes terre: gen- tes regna: exercitus coierunt aduersus eum. Ille autē diuinum illud conserua- bat eloquium dicens. Si consistant ad- uersum me castra non timebit cor mesi: sicur gat in me prelium: in hoc ego spe- ro. Verum quoniam tanta ac talia et gesta sunt: vt magnitudo quidem reruz nihil me preterire patiatur: multitudo vero gestorum qz plurima cogat omite- re: non valet quid teneat quid omittat. Et ideo pauca nos que ad re pertinent memorabimus. Reliqua eius fama nar- rabit. Sine dubio minora vero nuntia- tora: nam nihil quod addere possit in- ueniet.

Capitulum. xvj. de morte constan- tini fratris constantij et de ipsius co- stanti error: et de concilio heretico- rum contra Athanasium congrega- to iussu constantij.



Bitur ubi

stantij fratris constantij et de ipsius co- stanti error: et de concilio heretico- rum contra Athanasium congrega- to iussu constantij. Constantij ouentis solus obti- nuit regnum: Constanti- no fratre non longe ab ad- lea apud alsam sinuum a- milianibus imperfecto: constantius yriusqz germanis: occidentem satis industrie subernabat: nam constantius natu-

ra z animo regio: dum primis illis res- gni sui fauoribus satis indulget: per eunuchos arte in perfidiam decipitur a peruersis sacerdotibus z intento satis studio prauis eorum contentioibus obs- secundat. Sed illi verentes ne forte ad- eundi regis copia quandoqz fieret atha- nasio: et per eum de veritate fidei quam peruerrebant secundum scripturas edo- ceretur omnimodis insimulare eu apud principem: z velut omnium scelerum ac flagitiorum aggrediunt exponere vsqz quo humani corporis brachium vulgo delatum Imperatori ostendunt. Quod ab Athanasio excisum magice artis gra- tia: de arsenij cuiusdam corpore confit- mabant. Sed z alia quamplurima cri- minosa simul et flagitiosa componunt. quibz ex causis imperator iubet quocato concilio Athanasium condemnari. Idqz apud rrum misso e latere suo vno ex co- mitibus: Amittete quoqz Arch. lao tunc comite orientis: necnon et eo qui feni- cem provinciam gubernabat congrega- ri iubet. So deducitur Athanasius: locu- lus cum humano brachio circumfertur: impudice horror non solum religiofas sed et viles animas peruadit.

Capitulum. xvij. quomodo pafnus eius noluit permittere vt maximus hierosolymorum episcopus cum illis hereticis sederet propter dolos z cau- tellas qui contra arrium aduceba- tur et ibidem detectus est dolus de brachio exciso arsenij.



Arsenij cu

tus brachium dicebatur excisum lector: aliquan- do Athanasij fuerat: et ob culpam correptionez veritus frequentie sese subtraxerat. Cuius la- tebras oportunas sibi ad huiusmodi commentum flagitiosi homines rati: ini- tio compositi criminis occultatum eum apud quendam quem fidissimum sceler- ribus suis crediderant retinebant. Per- uenit tamen ad hunc in latebris positus



Liber Decimus

quid suo nomine criminis inten-
taretur athanasio. Et siue eum
ipsa humanitatis contemplatio
siue diuina pertulit providen-
tia: clam per noctis silentium eua-
dens claustris enauigauit ty-
rum. Et pridie q̄ cause dicende
adesset ritum dies: athanasio
sefe arsenius obtulit: utq; se re-
rum gestarum series haberet
edocuit. Ille domi esse hominem
nec innotescere cuiq; de eius pre-
sentia iubet. Interea concilium
cogitur: in quo aliquanti concin-
nate calumnie conscripserunt: omnes pe-
ne infenso animo aduersus atha-
nasium preiudicatosq; conueniunt.
Per idem tempus Paphnutius con-
fessor de quo supra memorauimus
aderat Athanasium innocen-
tie conscius. Is cum uidisset ma-
ximum hierosolymorum episco-
pum qui vna secum effosso oculo
et poplite succiso confessor extite-
rat verum p̄ nimia simplicitate
nihil de sacerdotum scelere sus-
spicantem cōsedisse cum ceteris
quos factionis macula sociauerat
medium cōfessionum adire non
veritus: te inquit o maxime cum
quo mihi vnum atq; idem con-
fessionis insigne est cum quo mihi
pariter mortale lumen effossum
clariore diuini luminis p̄cliauit
aspectu. Te inq; nō patiar sedere
in cōcilio malignantium: et cū
iniquis gerentibus introire. In-
tecta manu eleuans eū de me-
dio eorū ac de singulis instruens:
perpetuus dehinc athanasio cō-
muniōe sociauit. Sed iterum
causa dicitur. Prima introducitur
accusatio mulieris cuiusdam
que se diceret aliquando hospiti-
o athanasium recepisse: et ab eo
noctu nihil suspicantem vum cor-
ruptionis esse perpessam: intro-
duci ad hoc iubetur athanasio.
Ingreditur cū Thimotheo pres-
bytero suo eūq; mouet: ut postea
q̄ mulier dicēdi finē fecisset: se ta-

cente ipse ad ea q̄ dixerat r̄f̄deret. **Thimo-**
theus mulier ea que docta fuerat perorasset.
Thimotheus conuersus ad eam. Vere
inquit mulier ego māsi apud te aliquā-
do: aut vim tibi vt assersis feci. Tunc illa
v̄tmulierum se talium procacitas habet
obiurgans Thimotheū: tute inquit mi-
hi vim fecisti: tu in illo loco commaculasti
castitatem meā. Simul et conuersa ad in-
dices obtestari fidem dei cepit vera se vi-
dere cepit: q̄ tam facile ta cetero facto
compositi criminis patuisset. Nec tamen
permisi sunt iudices habere de muliere
questionem vnde hec vel per quos aut
quomodo fuisset aptata calumnia: quo-
niam iudicandi libertas p̄ncis accusato-
res erat.

Hinc transitur ad aliud crimen.
Profertur facinus seculis inauditum.
Ecce inquit vbi nemo possit verbosū
prestigijs decipere oculis res agitur.
Verbis cessantibus brachij hocce astitit
athanasij accusat exorsum. Hec est arse-
nis dextera quam tu quomodo vel ad
quos vsus excideris indicato. Cum il-
le. Quis enim inquit vestrum arsenium
nouerit: vt hanc ipsius dexteram cognos-
catis. Exsurrexerunt aliquanti qui se
dicerent optime scire arsenium. In qui-
bus nonnulli erant absc̄ conscientia fa-
ctionis. Orat dehinc a iudicibus atha-
nasius: vt hominem suum quum nego-
tium deposceret tubeant introduci. Cumq;
introducitus esset arsenius eleuato eius
vultu athanasius concilio: et iudicibus
ait. Hic est arsenius et allenans cias ni-
hilominus dexteram: hec est inquit eris
dextera eius: hec est et sinistra. Hec au-
tem quam isti offerunt manus vnde sit
vos requirite. Tunc velut nox quedam
et tenebre accusatoribus oculis infuse-
bant. Ipsum etenim arsenium testes qui
paulo ante scire se dixerant: confirmab-
bant. Verum quia non iudicandi sed op-
probriandi hominis causa concilium ge-
rebatur fragor omnium repente atrolle-
tur magum esse athanasium: et decipe-
re intuentiū oculos exclamant nec debere
villo mō vltra talē hoīem viuere. Factoq;

De fuga Athanasij.

So. lxxxij.

impetu suis cū discerpe mani-
bus parat. Sed archelaus qui
cum ceteris ex precepto impera-
toris cōcilio presidebat ereptus
eius de discerpentium manibus
per occultos exitus eduxit actus-
se qua solum posset salutem mo-
nuit commendare. Concilium
tamen rursus conueniens tan-
q̄ si nihil omnino deprehensum
fuisset vt confessum de intētatis
criminibus athanasium condē-
nar. Et gesta in hunc modum fi-
eta per orbem terre mittētes ad
sceleris sui consensum imperato-
re cogere ceteros episcopos pe-
pulerunt.

venerant frustratis dominis q̄z
in fugam versis de ancilla: vt sal-
sa indice penas sumunt.

Capitulum. xix. Quomo-
do constans pro Athanasio
qui ad eum fugerat constan-
tio scripserit eumq; ecclesie
reddi iussit a qua statim ipse
Athanasius fugatur: Constā-
tius autem postea venit ad
partes occidentales voluitq;
cogere episcopos consentire
heresi arrij.



Erumne

graves alicui las-
trebre sue fierent et
ocasio calumnie
innocentibus que

reretur nihil sibi vltra iam turā
in Constanti regno presumens
ad Constantis partes profugus
abscedit. A quo satis honorifice
religiosaq; susceptus est q̄z cau-
sa eius quare fama compererat
diligentius cognita scribit ad fra-
trem pro certo se comperisse q̄
sacerdos dei summi Athanasij
iniuste fugas et exilia pateretur.

Hinc itaq; recte faceret
si absc̄ vlla molestia loco suo re-
stitueret si id nollet cure sibi fu-
turum vt ipse id adimpleret re-
gni eius intima penetrans et pe-
nas dignissimas de autoribus
sceleris sumens. Quibus scriptis
pteritius Constantius q̄ posse
facere ea que mintabatur con-
sciens erat fratrem simulata be-
nignitate vltro venire ad se A-
thanasium iubet et leui incre-
patione perstrictum ad ecclesiā
suam permittit ire securum. Ad-
monitus tamen Imperator ab
impis cōsiliarijs non est inq̄-
magnum Athanasij q̄ episco-
pi possunt de re: vt vnam ex mul-
tis q̄ sunt apud alexandriam ec-
clesijs cōcedas populis eorū qui
tibi cōicare nolūt. Tunc ille deo
l iij

Capitulum decimoctauum
de fuga et latebris Athana-
sij qui sex annis latuit in lacu
cisterne.



Hinc itaq;

foto orbe profu-
gus agit atha-
nasius nec vll-
ei tutus ad la-
rendum supe-
rat locus. Tribuni prepositi co-
mites exercitus quosq; ad inue-
stigandum eum mouentur edi-
ctis imperatoribus. Promia dela-
toribus preponuntur si quis vi-
num maxime sinistrum caput
cerce Athanasij detulisset. Ita
totis regni viribus frustra ad-
uersus eum cui deus aderat cer-
tabatur. Interea sex continuis
annis latuisse fertur in lacu ci-
sterne non habentis aquam vt
solem nunq; viderit: sed cum per-
anallam que sola conscia demo-
nosum officijs qui ei latebras p̄-
bnerant videbatur indicat fuis-
se: tanq; dei spirētū ammonitus
ipsa nocte qua ad eum compre-
hendentium cum iudicibus ve-
niebatur post annos sex migra-
uit ad alium locum. Ita illi qui

Idē in
hist. tri
pt. li. ij.
ca. xxx.

Idē in
hist. tri
pt. li. ij.
ca. xxx.



sibi suggerere parati in tpe cō-
ciliū reperit. Et quid est inquit
Imperator: qđ poscenti tibi li-
ceat denegari qui p̄tē habes
oim iubendū. Sed vñ est qđ oro
vt meā quoq; petitiunculā libe-
ter admittas. Cūq; se oia q̄ vel-
let q̄uis essent difficilia p̄mitte-
ret p̄staturū si hoc vñ cederet li-
bens Athanasius. Hoc est inqđ

Hec t̄
gūtur
histof.
tri. lib.
h. capi.
xxxvij.
ti. 2 lib.
v. capi.
27.

quod rogo vt quia esset hic (naz-
apud Antiochiā res agebat)
sunt nostri populi qui istis com-
tri. lib. municare nolunt vnam eis tene-
h. capi. ri cōcedas ecclesiam. Quissimus
xxxvij. sibi videri 2 valde p̄standū letus
sequen spondit Imperator. Sed cum
ti. 2 lib. rem detulisset ad eos quorum cō-
v. capi. silijs vtebatur neq; ibi se velle
27. accipere ecclesiam neq; hic da-
re r̄ndent: quis plus sibi singuli
quicq; absentibus consulebat.
Ita impator ammirat̄ et p̄-
dētā p̄perare ocyus ad suscipiē-
dam suam ecclesiam iubet.

Sed cum magnētij scelere
Impator Cōstans regno s̄t 2 vi-
ta hūisset exēptus rursus in A-
thanasū veteres illi incedores
principis oia resuscitare cepe-
rūt. fugatoq; de ecclesia in locuz
eius Georgij quēdā p̄fidie 2 im-
manitatis sue locū mittāt. Nā
pius quēdā Gregorij miserāt.
Rursus fuga rursus latebre et
edicta aduersum Athanasium
principis per omnem locum po-
nūtur p̄ntia 2 honores delatori-
bus pollicentia. Ip̄e quoq; cum
ob vindictam necis fraterne re-
gnūq; recuperandū ad occiden-
tis pres venisset 2 extincto tyā-
no regni solus arce potiretur fa-
tigat̄ occidentales episcopos 2
p̄ deceptionē ad consensum ar-
riane hereseos cogere aggredit̄
Athanasij pius condemna-
tione premissa 2 velut obijcis va-
lidissimi obiectione sublata.

Cap. xx. de concilio apud

mediolanū habitō 2 exilijs
cusebji 2 multoz aliorum.

Hoc apud
mediolanū eporum con-
ciliū conuocatur plu-
res decepti. Diony-
sius hō Eusebjius: paulin⁹ Ro-
danius 2 lucifer doli esse in ne-
gotio p̄clamantes asserentesq;
scriptio in athanasū nō aliā ob-
cām q̄ destruende fidei moliret̄
in exiliū trasi sunt. His et p̄ pla-
rius iugitur ceteris vel ignoan-
tibus: vel nō credēdibus fraudē.

Cap. xxi. de exilio ariminēsi in
quo sacerdotes occidentales ab
orientalibus decepti fuerē: ab
latiōe homouision a simbolo.

Ed tali cō-
cilio gestum fuisse ne
gotium rei exitus do-
cuit: illis nanq; de
medio sublatis continuo Sino-
dus apud Ariminū congregat̄.
Ibi secundum ea que oriētales
apud Seleuciaz cōposuerāt cal-
lidi homines 2 versuti simplices
2 imperitos occidentalium sacer-
dotes facile circumueniunt hoc
modo proponendo eis quē ma-
gis colere: 2 adorare vellent. Ho-
mouision an xpm: illisq; virtutem
verbi quid homouision significa-
ret ignorantibus: velut in fasti-
dium quoddaz et execrationem
sermo deductus est christo se ere-
dere non homouision confirman-
tibus. Sic multorum p̄ter pau-
cos (quiscentes prolapsi sunt)
animi decepti contra ea que pa-
tres apud Niceam cōscriperāt
venientes homouision quasi igno-
tū 2 a scripturis aliēdū sermonē
auferri de fidei expositione decer-
tunt. Cōtionemq; suā hereticoz
societate cōmācūlāt. Ea rē pestas

te facies ecclesie sedaz admodum turpis
erat. Non enim sicut prius ab externis
sed a proprijs vastabat. fugabat alius:
alius fugabat. Et vterq; de ecclesia erat
Arrianus quam nec immolatio: nec liba-
mina. P̄uariatatio tamen et lapsus
erat a ruina multorum. Similis pena
sed impar victoria. Similiter cruciaban-
tur sed non similiter gloriabantur qz do-
lebat ecclesia etiam illius casum qui im-
pellebat ad lapsum.

Capitulum. xxij. de exilio libertij vrbis
rome episcopi.

Libertus post Julium marci (quē
siluester p̄cesserat) successo-
rem in vrbe roma per idem
truditur. Inq; eius locū felix diaconus
suis ab hereticis subrogatur. Et non tā
secte diuersitate q̄ cōmunionis 2 ordina-
tionis conuenientia maculatur.

Capitulum. xxij. quomodo hiero-
solymorum et alexandrie episcopi se
habean in ministrando.

Ierosolymis
vero cyillus post maximinū
sacerdotio confusa iam ordi-
natione suscepto aliquando
in fide sepino i cōmunionē variabat
apud alexandriaz vero Georgius satis
p̄uacaciter vi raptum episcopatum gere-
bat ita vt magis sibi iuris dicendi credi-
tos fasces quam sacerdotium ministran-
dum religiosi officijs estimaret.

Capitulum. xxij. de meletio qui
ab hereticis episcopus antiochie
ordinatur et ab eis postea in exi-
lium truditur.

Pud antiochiā
sane diuersis temporib⁹ mul-
ta quēdammoduz cōfise gesta
sunt. Nam defuncto Eudo-
tio cum multi diuersarum vrbium epi-
scopi ad illam sedē summa ambitione ni-
terentur ad vrbium Meletium de seba-
stia Armenie ciuitate contra decreta cō-

cilij illuc transferunt. Qui tamen ab ip-
sio rursus in exilium truditur qz contra
opinionem ipsoꝝ non Arrij sed nostrā
fidem cepit in ecclesia predicare. Quem
magna plebs ecclesie depulsum secuta
ab hereticozum societate diuellitur.

Capitulum. xxv. de scismate arriano
rum quod in partes diuisum est 2 qui
dam eozum euomiant: alij macedo-
niant: alij vero arriani dicebantur.

Interea vt ali-
quādo etiam in semetipsam
p̄cedines malitia descenderet
sacerdotes 2 populi qui Ar-
rio duce p̄mitus fuerant ab ecclesia di-
uulsi in tres denuo sectas partesq; sin-
dūtur. Nā illi quos paulo sperius dixe-
ramus: non acquiescentes Eusebji cetero-
zozumq; simulationibus cum Arrio exi-
lium pertulisse postmodum nec ipsi Ar-
rio regresso de exilio communicare vo-
luerunt eo quod simulata confessione cō-
municassent his qui de ipsa substantia
dei patris filium confiterentur: quia ipsi
ea que primo docuerat Arrius ex nullis
extantibus creatum et factum non na-
tum filium satis libera seu potius impu-
denti blasphemis confirmabant. Quod
et post illozum obitum Actius quidam
post actium validius et latius assererat
Eunomius vir corpore et animo lepto-
sus et interitus cyreniuzq; morbo regio
corruptus tamen arte dialectica p̄p̄o-
tens plurima contra a fidem nostram scri-
psit et disputandi leges secutoribus suis
dedit. A quo etiam nunc Eunomiana
heresis appellatur. Alius quoq; Mace-
donius nomine quē nostris expulsi imo
potius necatis apud constantinopolim
statuerunt episcopum: quā similem pa-
tri filium ferebatur licet spiritum sanctū
eque vt illi blasphemaret tamen ab illis
expellitur quia similia vt de patre etiam
de filio predicaret. Neq; vero nostris
conuincitur a quibus de spritu sancto
diuersa sentiret. Itā p̄sistera illa bestia
que per arrium p̄mum quasi de infer-
nis extulerat caput subito trifidus ap-
paruit per Eunomianos qui dicunt per
omnia dissimilem filium patri: quia nul-



to genere possit esse similis factura facto... Sed sicut de talibus scriptum est...

Capitulum xxvi. de morte constantij et ornuliani.

Ed constantius

Imperator dñi Juliano quem cesare apud gallias reliquerat dignationem sibi augustinus...

Capitulum xxvii. de episcopis iustini iuliani ab exilio revocatis et de ordinatione paulini epi in antiochia.

De stj Juliano

Presumptum prius deinde ut legitimum solus obtinet principatum. Is primo velut arguens perperam gesta Constantij...

ibiq; dissidentibus adhuc partibus: sed in vnum tamen revocari posse sperantibus...

Capitulum xxviii. De concilio apud alexandriam sanctorum episcoporum...

Ergit interea

Eusebius alexandriam ibiq; confessorum concilio congressato pauci numero: sed fidei integri et meritis multi...



Ed eusebius

Ed eusebius cum redisset antiochia et inuenisset ibi luciferum pro pollicitatione ordinatum episcopo pudore simul et indignatione compulsum...

inuidit recepto nec tantum meriti habuit non delinquendo...

Capitulum xxix. quomodo in illo concilio sanctorum episcoporum tracta fuit materia de spiritu sancto...

Am igitur bu

Inscemodi inias ex euangelica autoritate prolatas ordo ille sacerdotialis et apostolus approbasset...

Idem in hist. tripti. lib. vi. cap. xlii.



Liber decimus

solent (sive hoc animo immobiliter sederat parū firmaverit. Ex ipso iterim luciferianorū scisma qđ licet per paucos adhuc voluntur sumptit exordiu. Eusebius vero, circuiens orientē atq; Italia medici pariter et sacerdotis fungebat officio. Singulas quas ecclesia aburata infidelitate ad sanitatem recte fidei reuocabat. Maxime qđ hilariū quē dndū cū ceteris epīs in exilium trusum esse memorauimus regressum iam et in italia positum hecin eadem erga instaurandas ecclesias fidemq; patrum reparatandam reperit molientem.

Cap. xxxi. de natura et moribus beati hilarij pariterq; eius scriptis: quib; hereticorū versutias refellit.

Nihil qđ bila. Vir natura lentus et placidus simulq; eruditus et ad pñadendū cōmodissimū rem diligenti et apti; pcurabat. Qui etiā libros de fide nobiliter scriptos edidit quibus et hereticorū versutias; et nostrorum deceptōes et male credulā simplicitatē ita diligenter exposuit: vt et pñtes et lōge postos qđ ipse p se differere viuā nō poterat pfectissima voce in structione corrigeret. Ita isti duo viri velut magnifica qđs mūdū lumina illirici italiā galliasq; suo splendore radiauit vt oēs enā de absconditis angulis et abstrusis hereticorū tenebris fugarent. Cap. xxxij. qđo iulian; incepit callide multis xpianos psequi.

Ed iulian;. Postq; ad orientē pñas bello pulsatur; aduenit: et publica quā pñca occultauerat erga idolorū cultū ferri cepit infama callidior ceteris psecutor nō vi neq; tormentis

sq; pñis honorib; blāditis pñas sionib; maiorē pene ppli pñe et si atrociter pulsasset elisit. Strudā autorū gētiliū xpianos adhibēs ludos lfaz illis solis qđ deos deasq; venerant patere decernit. Militie cingulū nō dari nisi imolantib; iubet. Procuratio nē puinciarū iurisq; dicēdi xpianis statuit: nō debere cōmitti: vt pote qđ et lex ppria gladio vt iurasset et pñciebat qđ iudicē ihu iuscmodi legib; exqrēdis: qđ si qđ xpianū vel callidū in qđ min; videretur crudele decerneret. Cap. xxxij. qđo incepit iulian; nus psequi athanasium monitione quorūdam arupiscum.

Ed non er. Ga Athanasium fidei pñie tenere imaginē potuit. Et tñ cū velut terri serpētes de cauernis terre ebullientes ad eū pcessissent magog; philosophorū arupiscū ausgurūq; man; pphana oēs pariter allegāt nihil suis actib; suis cessurū nisi pu; athanasium velut hoz oim obstaculū sustulisset. Cap. xxxij. de fuga athanasij ab alexādrīa p mīū et de reditu ei; ad alexādrīā in qua latitauit vsq; quo psecutio cessaret.

Terū mī. Titur exercitus iterū onces itez oppugnatur ecclesia. Cūq; eū mēsi acfluentes populi circumdarēt: pphético apud eos vsus sermo pñibet. Nolite inq; o filij cōturbari: qđ nubecula est et cito ptransit. Cūq; discessisset et nauis qđ ad hoc ip; missus fuerat cognito ei; itinere instanter eū infed cepit. Et cum forte applicuisset anathasij nauicula ad quēdā locū pperit a pñerētib; post ter gū esse psecutorē suū et iā iāq; nō

Ita et in histo. tript. li. bro. vi. cap. j. et xxxvj.

De fuga athanasij.

si pñiceret iminere. Conterriti oēs qđ simul aderant focj eremū sua debāt ad fugę pñidū petendā. Tū ille nolite inq; o filij de- terreri eam; magis i occursum pcuratori nō vt sciat: qđ lōge maior est qđ nos defendit. qđ pñeq; tur: et pñerfa nauicula iter agere obui; ei qđ se isectabat aggressus est ille qđ nullo gñe suspicari posset i occursum sibi venire quē quereret tanq; pñerētes aliq; interrogari iuber vbi audissent esse athanasium cūq; rñdissent se vidisse eū nō lōge eū tē tota celeritate pertransiēs pperat in nauicula festinās cape quē aī oculos positū videre nō potuit. Ille hō dei virtute monit; alexandriaz redit: ibiq; tuto latebras vsque quo psecutio cessaret erigit. Cap. xxxj. qđo iulian; pcept xpianis auferre sepulchrū baby le martiris existēs i suburbano antiochie et qđo galileos: id est xpianos incepit affligere.

Idē in histo. tript. li. bro. vi. cap. xxxj.

Ed it; et iulian;. nus recordie sue acieuitatis iudiciū: nā cū dānis i suburbano antiochie iuxta fontē castalium litaret apollini et nulla ex his qđ querebat rñsa susciperet causafq; silētij pētare a sacerdotib; demones aiunt. Babyle martiris sepulchrum ppe affistere: video rñsa nō reddi. Tū ille galileos venire. Hoc em; nō mine nros appellare solit; erat: et auferre sepulchrū martiris iuber. Igitor ecclesia vniuersa que nīes matres et viri iuuenes pñ ginesq; linēsa exultari se succincti trahēbāt lōgo agmie arcam martiris psallētes summo clamorib; et cū exultandē dicentes. Cōfundant oēs qđ adorāt sculpti ha et qđ pñdūt i simulachris suis. Hec in anrib; pphani pñcipis p se; nīa passium tāta exulta-

tiōe psallebat oīs ecclesia vt celli clamorib; resularer. Tū ille i tāta iracūdie rabie uelut: vt altera die pñpēdi xpianos passim et trudi iuberet i carcere ac penis et cruciatib; affigi. Cap. xxxvj. De mirabili pñstia Theodori cōfessoris in tormentis et morte dubia ipsius iuliani in bello persico.



Eod salu. Idem sagitur in histo. tript. li. xxxj. apphēsius qđdā adolecētē qđ pñmus occurrit: Theodori; note a prima luce vsq; ad horā vndecimā tāta crudelitate et tota mutata carnificib; tortit vt nīa etas sile factū meminere. Cū tñ ille in euleo sublimis et hinc i delatētib; istēte tortore: nihil aliud fecerit nisi vultu securo et leto psalmū quē vidie oīs ecclesia cecinerat iterare. Cūq; se ot expensa crudelitate saluist; nihil egis se pñpiceret recepto i carcere iuuenē abisse fert ad impatorē: et qđ egerit nuntiasse ac monuit se ne tale aliqđ tētare vellet de cetero. Alioq; et illis gliaz et sibi ignominia qreret. Hūc theodori ipi nos postmodū apud antiochie vidim; et cū rediremus ab eo si sensus doloris habuisset ex itegro dicebat dolores se qđē parū sensisset: astitisse autē qđdā iuuenē qđ subdēti sibi linteo candidissimo et sudores exeret et aquā frigidā trēquēter infunderet: et ita se esse delectatū: vt sic melior factus sit: qđ deponi de euleo iussus est. Cōminat; igit impator post victoriā pñca melius se xpianos debellaturū pñctus qđē est sed null; redit. Zbi nāq; incertū a suis an ab hostibus; pñsissus post annū et octo mēses pñsumpti augustalis impertū finem fecit.

Idem sagitur in histo. tript. li. xxxj.

Capit. xxxvii. de coadunatio-
ne iudeorum: q̄ a Juliano dece-
pti templū ad sacrificiū in hie-
rosolymis reedificare voluerūt.

Forū q̄
in histo-
ria tri-
partī. q̄
postre-
mis ca-
pitulis
tangit
historia
tripartī.
vi. capi-
tū.

Anta vero
ei addepiēdū subri-
tas ⁊ calliditas fuit
vt et infelices iudeos
vanis speb⁹ illectos: vt ipse agi-
tabatur illuderet. Quos primo
oim puocatos ad se interrogat:
cur nō sacrificarēt cū eis lex sua
de sacrificijs ihereret. At illi oc-
casionē se inuenisse tps rati: nō
possum⁹ in dunt nisi i solo hiezo-
solimoz tēplo. Ita nāq̄ precipit
lex. Et accepta ab eo repandi tē-
pli licētia itū solētē puenerūt:
vt aliq̄s eis pphetaz reddidit vi-
deret. Igit̄ ex oib⁹ locis atq̄ p-
uincijs puenerē iudei: locū tēpli
olim igne cōsumpti aggredi cepe-
rūt. pperā diopis ab impato-
re cōcesso sūptu publicoz puuato-
res oi istātia gerebat. Interea
insultare nris ⁊ velut repatis si-
bi regni tps cōminari ac rī ac
seuicitiā ostētare pilus i magno
timore ⁊ supbia agere. Cyillus
post maximū cōfessorē hierosoli-
mis habebat ep̄s. Ap̄s igit̄ fun-
damēt: calces cemētaz adhibi-
ta nihil oino deerat q̄ndie poste-
ra veterib⁹ deturbatis noua ia-
cerēt fundamēta: cū tñ ep̄s dili-
gētī p̄sideratōe habitauit ex ijs
q̄ i danielis ppheta de tps le-
gerat: vel qd̄ i euāgelij dñs p̄di-
cerat p̄stiteret nō gñe fieri pos-
se vt tibi a iudicio la p̄is sup la pi-
dē p̄deret reserat i expectatiōe.

Capit. xxxviii. de mirabili mo-
tu terre i hierosolymis q̄ funda-
mētōz sara lōgetactant porti-
cū q̄ iudeozū solo coequauit: et
multos iudeos oppressit.

Ecce no-
te q̄ ad incipiendū op-
iam sola restabat terre

mor⁹ igēs obouit ⁊ nō solū sūda-
mētōz sara lōgetateq̄ tactant ve-
rū et tot⁹ pene loci edificia apla-
nant. portic⁹ q̄ publice i q̄b⁹ iu-
deoz mltitudo q̄ op̄uidebat in-
sistere emanebat ad solū deduc-
te: oēs iudeos q̄ repti sūt opp̄sse
reduce hō orta cū se mala crede-
rēt ⁊ effugisse ad req̄redos q̄ opp̄s-
si fuerāt reliq̄ mltitudo pcurrit.
Cap. xxxix. de igne diuinit⁹ ac
cōlo signis ⁊ virtutib⁹ terrificis
quib⁹ iudei ab illicitis incepnis
disturbant ⁊ ad deū cōuertunt.

Des erat
quedā i inferiorib⁹
tēpli demersa: hñs
aditū iter duas por-
tic⁹ q̄ fuerāt pplanate in q̄ terra
mēta aliaq̄ op̄i necessaria sua-
bant: e q̄ subito glob⁹ qdā ignis
emicitur: p mediū platee par-
tes aduulsis ⁊ exterminatis q̄ ade-
rāt iudeis: vltra citra q̄ ferebat.
Hoc iterū sepiusq̄ ⁊ frequētissī-
me p totā illā diē repetēs p̄ma-
cis ppli temeritatē flāmis vlti-
cib⁹ cohercebat. Cū iterū pauore
igētī ⁊ terpidatōe oēs q̄ aderāt
destriti: solū vnz deū xpm p̄stiteri
cogebāt iuri. Et ne b̄ fieri casu
crederēt: i seq̄nti nocte i vestimē-
t⁹ oiz signaculū cruce: ita emēdēs
appur: vt et qd̄ diluere p sui fide-
litate voluit: nullo gñe valeret
abolere. Sic destriti iudei atq̄ gē-
tiles locū hñs i amēpta flāre.

Explicit liber decimus.
Capit. i. de ortu religioso ac
morte iouiniani ⁊ victoria quā
erga barbaros habuit quō paz-
cem dedit xpianis et athanasū
ab exilio renouauit.

Ist iulia
necē tādē ciuile
nobis iouiniani re-
petat igni. Is nāq̄
sub vno codēq̄ tpe

horuz
memi-
nit hñs
trip. li.
v. c. i.

impator ⁊ cōfessor ⁊ male illati extitit de-
pulsor erroris. Nam cū in procinctu el-
ser exercitus ⁊ vigeret barbarus: ducto
resq̄ nostrū decimis reb⁹ consiliū tra-
hentes iouiniano calculū darent: cunq̄
apprehēsus ad suscipienda imperij tra-
heretur insignia: ad exercitū iuliani sa-
crilegus p̄sophanarum dē proclamasse.
Non se posse imperare eis q̄ esset xpia-
nus. Tum oēs pari eadēq̄ voce rñdis-
se perhibent: ⁊ nos xpiani sum⁹: nec pu-
tā hanc vocē audire: acquiescere ad im-
perij voluisse. Deniq̄ statim affuit diui-
na clemētia cōtra q̄ oēm spem cū clausis
vndiq̄ hostibus tenerentur nec euadē-
di facultas vlla supperet: subito emiss-
os a barbaris oratores adesse vident:
pacēq̄ deponere. Exercitū quoq̄ in-
edea cōsumpto cibos ceteraq̄ necessa-
ria in mercimonijs polliceri: omniq̄ hu-
manitate nostrorū temeritatē emēdare.
Sed vbi in. xx. ⁊. ii. annis pace cōposita
ad romanū regressus est sole clariorq̄
luz nostrō fe: oib⁹ ex orientis partib⁹ ob-
orta viffidit. Kempublicā quā post ni-
mias procellas omni moderatōe aggre-
ditur reparare. Ecclesiarū vero curam
non insecundis habere: nec tā incaute:
vt constantius egerat: sed lapsu p̄de-
cessoris ammonitus honorificis ⁊ officio
summis literis Athanasium requirit: et
ab ipso formā fidei ⁊ ecclesiarū disponē-
darum suscipit modū. Sed hec tam pia
et tam leta principia mors immatura
corrupit. post nouem ⁊ cñ mēses ortus
sui apud ciliam diem obiit.
Capit. ii. de ortu valentiniani: ⁊ valē-
nis qui valens sauit hereticis ⁊ christia-
nos persecutus est.

Ist hunc va-
lentinianus imperium susce-
pit: qui p fide nostra a iulia-
no de militia fuerat expul⁹.
Sed compleuit in illo dñs qd̄ promisit:
plus etiam quā centupla in presenti se-
culo restitueret ei. Nā quia militiam p-
p̄so reliquerat recepit imperium. Is in
cōsuetū regni assumpsit frat̄e valentē:
⁊ sibi quidē occidentas partes delegit illi
autem orientales reliquit. Sed valens

saucōdo hereticis abijt in viam
patrum suoz. Nam cū in episco-
pos egit in exilium: et presbyte-
ros: ac dyaconos: et monachos
tattano Alexandrie presidente
vsq̄ ad tormenta deduxit: igni
bus tradidit. Multa q̄ nephan-
da ⁊ crudelia in ecclesia dēi mol-
tus est. Sed hec oia post atha-
nassi obitum. Nā illo supersure
velut diuina quadam virtute p-
hibitus: cū debaecharetur in ce-
teros: in illū nihil ausus est misse
committere.

Capitulum. iij. de morte glo-
riosa athanasij ⁊ persecutionib⁹
lucij heretici.

Bis ea tē-
pestare cū quadra-
gesimo ⁊ sexto anno
sacerdotij sui atha-
nasilus post multos agones: mul-
taq̄ patientie coronas quiesce-
set in pace: fuscitatus de m̄ces-
sore petrū tribulationū suarū
participem et sociū delegit. Sed
lucius arriane partis episcop⁹:
continuo tāq̄ ad ouem aduolat
lupus. Et petrus quidē nauem
protinus cōscendens ad vrbem
romā profugit. Lucius vero tāq̄
materia sibi crudelitatis abla-
ta: seuior erga ceteros efficeba
tur. Et ita ibat in sanguinem: vt
nec speciem quidē aliquam reli-
gionis seruari videretur. Cuius
primo ingressu tanta ⁊ tā turpia
in virgines ⁊ continentē eccle-
gesta sunt: que nec in persecutio-
nibus gentilium memorantur.
Inde post fugas ciuim ⁊ exilia:
post cedēs ⁊ tormēta flammazq̄
quib⁹ innumeros confecerat: ad
monasteria furoris sui arma cō-
uertit. Vastat heremum: bella
quiescentibus indicit. Tria mi-
lia simul aut eo amplius viros:
per totam heremum secreta et
solitaria habitatione dispersos
oppugnare p̄ter aggrēdit. Vix

his et
in hist.
trip. l.
vii. ca.
xxxix.
in fin.
xxxvii.
xxxviii.



Liber Undecimus

tit armataz equitum ac peditum manu tribunos prepositos et bellorum duces: tanq̄ aduersum barbaros pugnatur? elegit. Qui cum venissent: nonā belli spectant vident: hostes suos gladijs obiecare cernices: et nihil aliud dicere nisi amice ad quid venisti.

Capitulum quartum de virtutibus et mirabilibus macharij qui in insula vna cum alijs Anthonyj discipuli relegatur in qua mirabilia fecit.

Er idē temp? patres monachorum vite et antiquitatis merito Macharius et Isidorus alijsqz Macharij discipuli per egyptum et maxime in nitrie deserti partibus habebantur.

Uiri qui consortium vite et actuum non cum ceteris mortalibus: sed cum superis angelis habere credebantur. Que presens vidi loquor: et eorum gesta refero: quorum in passionibus socius esse: premerui. Hi dicebant exercitum domini: non mortalibus telis sed fide religionis armatum exercitum moriendo vincen- tem: et qui sanguinis sui profusione victor christum sequeretur ad celum. Qui qz dum in tabernaculis positi et orantes expectarent interfectores suos: delatus est ad eos homo olim membris omnibz et precipue pedibus aridus. Sed cū ab eis in note dñi oleo fuisset perunctus: statim cōfirmate sunt plāte eius. Et dicentibus eis in note iesu xpi que lucius persequit surge et sta in pedibus tuis et redi in domū tuam: cōtinuo exurgens et certissimē benedicebat deū ostendēs quā vere erat in eis deus. Ante aliquantulum vero tēporis cecus quidā rogabat adduci se ad cellulam Macharij q̄ erat in deserto itinere trium dierum. Quo postea q̄ cecus multo ductantū labore peruenit Macharium non reperit domi. Contristatus valde nullatenus mitigare mestitiam poterat famitatis solatijs carens. Cū vero seruore fidei consulescēs: deprecor: inquit ad eos qui se duxerāt: applicate me ad illā partē patrietis vbi cubare seruos solet. Et cū suis-

set ad motus partū luti aridi vñ paries oblitus videbatur assu- mens palme sine supposito. Rogat etiam vt aquā de puteo ex q̄ bibere solebat haurirēt. Quo humore soluens glebulā eodēqz luto oculos suos superungens: et lauās de aqua q̄ hausta fuerat repēte recepit visus: ita vt nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne scdm leprosos illos ageret q̄s a securatos in euāgelis ingratos dñs notat: cū omni domo sua regressus et deo grās referēs: rem vt gesta fuerat indidit cavit. Idē ipse macharij Zeene ad eum bellua producit: atqz ante pedes eius posuit. At ille cū intellexisset pro salute carulorū bestiam supplicare: rogauit dominum vt eis redderet visum. Quo recepto matrem sequētes redeunt ad speluncam: et paulo post ipsa cum catulis suis regrediens: pelles omnium lanatas plurimas velut munus pro suscepta gratia ad senem deserti mortui oris euectas et ante fores eius eis depositas abscedit.

Uerum si singulorum mirabilia gesta profequi velim: excludimur a propolita breuitate maxime cum hec narrationes proprij operis habere mereantur. Sed in his omnibus Lucio non erubuit: nec aliquid uicētie virtutum mirabilibus verulit. Quinimmo iubet patres ipsos ablatos a grege suo: immo clam raptos in insulam quādam egypti paludium deporta etiam in riuū qua compererat neminem huiusmodi actibus vincerent senes. Igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur. In qua erat replū quoddam summa veneratione a loci incolis

De persecutone ciui. mesopo. Fo. lxxxix.

incolis obseruatum. Cūqz nauicula seculo oram soli illius contigisset: ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu cum ingenti vociferatione et clamoribus vsqz ad celum datis per medios agi populos cepit. Et crebro uicens rotatus stridens huc atqz illuc rapida ora vibrare. Cūqz ad spectaculum tam ingētis monstri maxime cum esset sacerdotis filia qui in honore precipuo apud illos erat: populi conuenissent: per auras eam raptam sequentes: perueniunt vsqz ad nauiculam sensi. Ibi vero proiecta corū pedibus et prostrata clamare cepit. Quid venistis huc serui dei summi antiq̄s nos et uerernos evoluerē domicalijs. In hoc loco depulsi vadij latebamus? Quomodo vos nequāqz latere potuimus. Cedimus antiq̄s sedibus: populos vestros terrasqz recipite. Cū hoc diceret increparus ab eis erroris spiritus effugatur. Et puella sana vna cū parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis apostolorum. Qui talibus exordijs predicātes eis seruilem repente eos perduxerunt: vt statim manibus suis antiquissimum templum et in summa veneratione habitum destruerent et ecclesiam confestim edificarent. Nec ad deliberandum spacio tēporis eguerunt: quibus fidem rerū fecerant non verba: sed virtus. Sed hoc cū fuisset Alexandria nuntiatum: veritus Lucius ne forte etiaz suorum in eis odia iusta cōsurgerent: qui aperte iam bellū nō hominibus sed deo indiceret: occulte eos reuocari et in heremū remitti iubet. Hūc in egypto gerunt ne in alijs quodam locis psecutionis flamma cessabat. Cap. v. de persecutone apud edissam mesopotamie ciuitatē ad quam xpiani precipite currebāt. Inter quos mulier quedā cū puero veloci cursu pperabat.

Dissa nāqz mesopotamie vrbis fidelū populorū est Thome apostoli reliquijs decorata. Ubi cū imperator populos vidisset ecclesijs eiectos in campo habere conuenticulum: tanta

